

Codice Diplomatico Longobardo I, 36

+ Regnante domno nostro uiro excellentissimo Liutprand rege, anno tertio decimo, sub die octabo idus iunii, inductione octaba; feliciter. Scripsi ego Faustinus notarius regie potestatis hoc dogumentum uinditionis, rogatus ab Ermedruda honesta femina filia Laurentio, una cum consenso et uolontate ipsius genitori suo, et uinditrice, quiue fatetur se accepisse, sicuti et in presenti accepit, ad Totone uiro clarissimo auri solidus duodicem nobus finito pretio pro puero nomine Satreano, siue qua alio nomine nuncupatur, natzonem Gallia; et professa est quod ei de paterna successione aduenessit. quem ab hac diae promettit una cum suprascripto genitore suo ab unumquemquem hominem ipso puero emptori suo defensare; et si pulsatus aut aeuectus fuerit et menime ab omnem hominem defendere potuerint, doblus solidus emptori suo restituant, rem uero meliorata. Actum Mediolani, sub die, regno et inductione suprascripta octaba; feliciter. Signum + manus Ermedrudae honestae feminae uinditrici, qui professa est quod bona uolontate sua suprascripto puero Franco cum uolontate genitori suo uendedessit, et hanc uiocationem fieri rogauit. Signum + manus Laurentio uiri honesti genitori ipseius, consentienti in hanc uinditione. Signum + manus Theotpero uiri honesti lurigario filii quondam Iohannaci parenti ipseius uinditrici, in cuius presentia se nullas uiolentias patire clamauit, consentienti. Signum + manus Ratchis uiri honesti Franco testis. + Antoninus uir deuotus huic cartole uinditiones, rogatus ad Ermetruda honesta femina et a genitore eius consentiente, testis suscripsi. + Ego Faustinus qui supra scriptor huius uinditionis post tradita et dedi.